

Pr. 18. num. 48. P. A. 4.

1762, 4.

QVOD

l. 2. C. d. Rescind. vendit.

ETIAM AD LOCATIONEM
PERTINEAT

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

S V P R E M . C V R . P R O V I N C I A L . E T C O N S I S T .

L I P S I E N S . A D V .

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

D. IV. OCTOBR. A. C. M D C C L X I I

P V B L I C E D E F E N D E T

CHRISTIANVS HENRICVS BODEN


L I P S I E N S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E I M I A



8

AVG^o V^o AD^o 1752
EX LIBRIS
EITIA AD LOCATIONEM
PERTINENTIA
HISTORIAS ICHORIAS ORBIS
CONSERVANTUR
TRAESIDE
D. HENR. GODFREDO RAVARO
SAPERE CARMINIBVS ET CONSILIVI
LITERIS AVA
IN TITULORIO TOTORVM
A M. GODFREY A. C. MCGOWAN
PRAESES PERINENSIS
CHRISTIANA HENRICAS GODFRI
LITERIS AVA
PIPSAIA
EX OTTIDINA LANGENHEIMI




Q V O D

I. 2. C. d. resc. vendit.

IN LOCATIONE CONDVCTIONE
LOCVM HABEAT.

§. I.

Nihil est in iure nostro tam clarum, tamque probatum interpretibus, quod non obscurum aliis, et rectius in aduersam partem propugnandum videatur. Contigit hoc legi 2. C. d. resc. vendit. quae humanum esse dicit, ut venditori ultra dimidium laeso, eiusue haeredi, vel ipsa res vendita restituatur, vel id, quod vero decet pretio, suppleatur. Ipsi legislatores profitentur, se a naturali praecepto, quod paecta praecepit seruare, aequi bonique studio recedere, ne id, quod

mob

A 2

iustum



iustum sit, id est, quod summo iuri conueniat, iniuria fiat. Nec error, in quem facile sua natura labantur homines, nimis sit damnosus, aliorumque in se malitiam prouocet.

§. II.

*An. I. 2. C. d.
ref. c. vendit.
etiam emtori
sit proficua.*

Quis non eandem aequitatem emtorem defendere putaret, cuius error, circa rem venditoris commissus, facile magis excusandus erit, quam ipsius venditoris, cui imputari potest, nosse suae rei pretium. Etsi rei familiaris angustia interdum solet ad vendendum compellere, non est emptorum, quum ne emaces quidem in humana societate desint, tanta raritas, ut ne, veri pretii tercia parte remissa, plurimi ad emendum aduolent, id vero saepius contingit, ut quis pro re, pro alia habita, duplo plus veri pretii persolvat. Et haec licet ita sint, tamen CVIACIUS pariter XVI. Obs. 18. et XXIII. Obs. 32. ANTON. FABER de Error. Pragmaticor. Decad. VIII. err. 7. magni nominis ICti fortiores esse putauerunt rationes, ex quibus hoc iuris beneficium emtori denerarent.

§. III.

*An lex nostra
ad alios etiam
titulos onero-
sos pertineat.*

Est vero communis haec opinio interpretum, non tantum emtori pariter atque venditori ex hac lege siccurrendum, verum idem etiam de aliis causis onerosis, locatione conductione, permutatione, emphyteusi, quin et transactione, ob eandem aequitatis rationem, habendum



dum esse, ut in hunc modum contrahentibus, eorum
quæ heredibus ex nostra Imp. DIOCLET. et MAXIM.
constitutione opitulentur. Videamus, quid de locato-
ribus et conductoribus sentiendum sit, quum in singu-
los inquirere instituti ratio non permittat.

§. IV.

Ex quorum opinione peior hac in re est emtoris,
quam venditoris, conditio, si procul dubio rigidi esse de-
bent locatori conductorique iudices. Estque profecto
dubium, eundem hi cum emtore mereantur fauorem,
an minus, quuni haec insignis locationem venditionem
que differentia intercedat, vt in emtorem quidem
transferatur rei a domino acceptae, non vero in condu-
ctorem, dominium, adeoque hic, quod leuius damnum,
si laesio sit in mercede, pariatur, eodem cum emtore fa-
cile indignus haberi debeat beneficio. Accedit, quo
minus recte contra emtorem vtuntur argumento C V I A-
C I V S et F A B E R, correctoriam legem semper strictissi-
mam sua natura exigere interpretationem, nec ad simili-
lia perduci posse. Quae iuriis regula, et si contra emto-
rem ex eo nihil operatur, quod etiam nouae leges,
quatenus restrictio ad casum expressum absurditatis im-
putationem erga autorem continet, extendi debent, ta-
men locationi conductioni, quae transferendis rerum
dominiis haud inferuit, obstat videtur. Accedit G A T I
responsum, quod continet l. 25. §. 6. D. Locat. cond. vbi
non auferri coloni lucrum immodicum legimus.

Recensentur
argumenta lo-
cationi condu-
ctioni contra-
ria.



§. V.

*Eaque refel-
luntur.*

Sed haec omnia me non impediunt, quo minus
communi interpretum sententiae, quam praxis quodidie
confirmat, dum locationibus insertas huic legi renuncia-
tiones expressas videmus, adjiciam calculum, quam iu-
ris rationi pariter atque interpretationi maxime conser-
taneam inuenisse mihi videor. Antiquo quidem iure,
quo, naturaliter licet, visum fuit, *contrabentibus, in*
pretio emtionis et venditionis se circumuenire, v. l. 16. §. 4.
D. d. Minor. nulla fuit propter laesionem restitutio, con-
cessa demum nostra constitutione. Quum vero Imp.
DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS diserte fatean-
tur, studio aequitatis se contractus rescissionem, ob enor-
mem laesionem, concedere, adeoque rationem ipsi
edant suae constitutionis, tacite, nisi me fallunt omnia,
idem in aliis quoque negotiis, modo laeso aequitas non
minus patrocinetur, admittunt. Ob modis singulariis obo-
ligioris responsum magis remanebit.

§. VI.

*Eiusdem ar-
gumenti con-
tinuatio.*

Et quanquam locatione conductione non transfe-
runtur dominia rerum, sed usus tantum conceditur, ve-
ra tamen subest fructuum ex re locata percipiendorum,
non ipsis rei locatae, venditio. Vnde hanc legem,
quae venditionem solum nominat, simul comprehendere
locationem existimo, quam non absurde fructuum
venditionem dixeris, quae, si minus apta fuerit rei loca-
tae, admodum gratis vel conductori, vel, quod frequen-
tius contingere solet, locatori praeciducium inferre pot-
est,

est, idemque gravius venditione, quae circa rem vilioris
pretii versatur. Hinc egregiam intercedere venditionem
locationemque similitudinem, iisdem iuris regulis
vtramque contineri, tantamque his negotiis esse familia-
ritatem, ut saepe, quaenam subsit, parum constet, agno-
scit **G A I V S** in l. 2. pr. et §. 1. D. Loc. cond. Ut vel,
quemadmodum, re in fraudem patroni a liberto emita, in-
cumbit vendori, aut remittere de pretio, aut rem ven-
ditam, persoluto pretio, recipere, idem **de permutatione**
et locatione conductione habendum esse, ex l. 1. §. 13. D.
si quid in fraud. patr. pateat. Et quamvis dolose non
faciat, qui iure suo vtitur, l. 55. D. d. R. I. nec solo praetextu
minoris pensionis locatio rescindi possit, per l. 23.
D. Loc. ipsa tamen res interdum in se dolum habere in-
telligitur, secundum **V L P I A N U M** in l. 36. d. V. O. quod
in primis in eos cadit, qui cum damno alterius locupletio-
res fieri contendunt, agnoscit enim ius nostrum, ae-
quum esse, ut nemo cum alterius detrimento fiat locu-
pletior, l. 206 D. d. R. I. Indeque petendum est, **quod in omnibus ipsis, in quibus nostra res, per praeualentiam,**
alienam rem trahit, nostramque efficit, si eam rem vindicamus, per exceptionem dolii cogimur pretium eius dare,
quod accessit l. 23. §. 4. D. d. R. V. Idem sine dubio de
conductore dicendum est, qui ne dimidia quidem parti
fructuum conforme pretium persoluit, postquam lex
nostra 2. C. d. ref. vendit. lactionem ultra dimidium, tan-
quam aequitati contrariam reprobauit, idque prascertim,
quum facile pro errante habendus sit is, qui enormem

passus



passus fuit laesionem, et errantes non consentire intelligantur secundum l. 116. §. 2. D. d. R. I. consensu vero sit fundamentum omnis conuentionis, imprimitis contractus consensualis et bonae fidei.

§. VII.

*Quomodo
computanda
sit laeso in
locatione.*

Postquam igitur satis firmasse mihi videor, legis nostrae beneficium ad locationem pariter, atque venditionem pertinere, superest, ut de ratione computandae laesione immodicæ inter nos constet. Et quoniam tempus initi contractus est respiciendum in emtione venditione, ut veri pretii, quale tum fuit, ratio habeatur, sine dubio idem de locatione dicendum est, ut tantum, si ad plures annos, quod in praediis rusticis fieri solet, locatio contrahatur, fructus, per integrum illud tempus percepti, eorumque pretium computetur, quia ad integrum v. c. triennium, vel sexennium, una est locatio, quod et probat l. 15. §. 4. D. Loc. ex qua sterilitas unius anni, sequentium libertate compensatur, ut locator a remissione mercedis liberetur.



ULB Halle
006 385 451

3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-663384-p0012-9

DFG



Pr. 18. num. 48. P. A. 40.

1762, 4.

QVOD

l. 2. C. d. Rescind. vendit.

ETIAM AD LOCATIONEM
PERTINEAT

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

S V P R E M . C V R . P R O V I N C I A L . E T C O N S I S T .
L I P S I E N S . A D V .

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

D. IV. OCTOBR. A. C. M D C C L X I I

P V B L I C E D E F E N D E T

CHRISTIANVS HENRICVS BODEN

L I P S I E N S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E I M I A

